Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



39

sancti benedicti patauiensis diocesis mōsteriorū abbatibus
per suas litteras specialiter demandauerit. vt generalem
inquisitionem super vita et miraculis eiusdem pn leopoldi
solemniter facerent omnes pariter vel saltem duo aut plures
ex eis. vt plenius ex eorū litteris patet datis ano dni M.cccc.lvj.
mensis aprilis die xxj. rome apud sanctum M. vbi tunc
ipse secte memorie dnus paulus personaliter residebat. Ex
quibus quidem subdelegatis reuerendus pater dominus
Vlricus eps patauiensis. michael petmensis. Mathias beate
marie virginis alias scotorū wienne. et iohannes zelle marie
abbates. iuxta reuerendissimorū dnorū cardinalium pnoīa
torū cōmissionem procedentes ad examen testium et iuriū
in huiusmōi negocio necessariorū solemniter processerunt.
seruatis et alis solemnitatibus adhibitis pro superabundanti
cautela. processiusq; huiusmōi in forma autentica subscri
ptos et sigillatos ad eosdem reuerendissimos dnos cardina
les cōmissarios per fideles nuncios cum eorū litteris trans
miserunt. datis Vienne anno dni M.cccc.lxx. mensis martij
die xvij. Quarum processus et omnium litterarū sigilla le
gitime et sufficienter recognita fuerunt. prout in pcessi
bus cause huiusmōi apparet. Deinde prefatus serenissimus
dominus fridericus romanorū imperator ꝛc. eandem iustam
instantiam prosequendo. litteras suas ad eundem sancte
memorie dominū paulum papam secundū. motus meritis
et predaris virtutum operibus ac miraculis eiusdem pn
leopoldi denuo congeminauit. testimonium perhibens de
solemnitate pcessus inquisitionis generalis per prefatos do
minos subdelegatos perfectis et remissis. vt ex eius litteris pa
tet datis Vienne anno domini M.cccc.lxx. die xij. mensis ma
tij. imperij sui xvij. regnorū suorū romani xxx. hungarie vero
duodecimo. amis. Consimilem et vtiq; eciam idem serenissimus
dns imperator fridericus apud sacrosanctum reuerendissimorū
dominorū cardinalium collegium equalem fecit instantiam per
suas litteras datas eisdem anno dni M.cccc.lxx. mensis apri
lis die vj. vt patet ex eius litteris datis frisaci ꝛc. Qui eciam
serenissimus dnus fridericus imperator ad huiusmōi ne
gocium sanctum et pium solicite prosequendum. noīe
suo pcuratores cōstituit. venerabiles. dominū thomam